



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

S. Maria de Oegnies,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

potius, quam labore suo postea comparatam (quemadmodum F. Reginaldo dicere solebat) & virginis florem integrè seruatam, virginis virginum Deiparæ apud filium patrociniò eam assecuturam non obscure præsignificaretur.

**S. Thom.** Et verò S. Thomas suam erga Virginem pietatem in libris à se editis, præsertim in summa Theologia, & in opusculo 8. quod est de salutandâ Angelica, apertè declarat, in quibus illius præstantiam singularem. & apud filium impetrandi præ alijs sanctis efficacitatem luculenter demonstrat, eiusque dignitatem contra varia hæresum monstra acerrimè tutatur.

### S. BONAVENTURA ORDINIS Minorum.

**S. Bona-** **S** Bonaventura ordinis Minorum, Doctor vere Seraphicus, alios quoque ad Dei amorem suis scriptis inflammans, eximia tum scientia, tum in Deiparam pietate illustris; præter ea, quæ de Virgine in suis in Magistrum sententiarum Commentarijs præclarè scriptis, pleraque opuscula, præsertim speculum B. Virginis edidit, in quibus Virgini sanctissimæ præconia non minus pie quam erudite sit persecutus, ex quibus nonnulla in hoc opere ad confirmanda ea, quæ dicebantur de promptissimus. Libet tamen in præsentia aliqua hic ascribere, ex quibus cognoscere liceat, quid tantus vir de obliuientia, quam erga Virginem æmulari debemus, quamque in se ipsa exprimebat, senserit; Is igitur in Epistola quam vocat viginti quinque moralium tom. 2. opusculo: um, ubi quædam ad pie viuendum instructio traditur, in 13. memoriali sic habet: *Ut gloriosam Reginam Domini nostri matrem benedictam in summo habeat omni tempore venerationis affectum, & in cunctis ad eam de Virginis necessitatibus periculis, & pressuris, tanquam ad Refugium tutissimum se conuertat, ipsius tutela præsidium flagitando, eamque in tuam suscipiens advocatam, deuotissimè, ac securè tuam et causam committat: quia mater est misericordie, quosidè studens ei specialem, & singularem ei reuerentiam exhibeat; & ut sua deuotio sit ei accepta, & reuerentia grata, ipsius puritatem, & munditiam omni virtute, mente, & corpore imitabitur in se ipso seruando, toto conatu nitens humilitate, & mansuetudine, eius vestigia imitari.*

**Bona-** **S** Bonaventura ordinis Minorum, Doctor vere Seraphicus, alios quoque ad Dei amorem suis scriptis inflammans, eximia tum scientia, tum in Deiparam pietate illustris; præter ea, quæ de Virgine in suis in Magistrum sententiarum Commentarijs præclarè scriptis, pleraque opuscula, præsertim speculum B. Virginis edidit, in quibus Virgini sanctissimæ præconia non minus pie quam erudite sit persecutus, ex quibus nonnulla in hoc opere ad confirmanda ea, quæ dicebantur de promptissimus. Libet tamen in præsentia aliqua hic ascribere, ex quibus cognoscere liceat, quid tantus vir de obliuientia, quam erga Virginem æmulari debemus, quamque in se ipsa exprimebat, senserit; Is igitur in Epistola quam vocat viginti quinque moralium tom. 2. opusculo: um, ubi quædam ad pie viuendum instructio traditur, in 13. memoriali sic habet: *Ut gloriosam Reginam Domini nostri matrem benedictam in summo habeat omni tempore venerationis affectum, & in cunctis ad eam de Virginis necessitatibus periculis, & pressuris, tanquam ad Refugium tutissimum se conuertat, ipsius tutela præsidium flagitando, eamque in tuam suscipiens advocatam, deuotissimè, ac securè tuam et causam committat: quia mater est misericordie, quosidè studens ei specialem, & singularem ei reuerentiam exhibeat; & ut sua deuotio sit ei accepta, & reuerentia grata, ipsius puritatem, & munditiam omni virtute, mente, & corpore imitabitur in se ipso seruando, toto conatu nitens humilitate, & mansuetudine, eius vestigia imitari.*

hæc Bonaventura. Idem in 3. dist. art. 1. q. 1 ad 4. *Virgo, inquit, auxiliatrix & amatrix est omnium fidelium suorum laudatorum, sicut illi qui tales sunt, experimento multiplici cognouerunt.* Idem tom. 2. opusculorum, in Litanijs B. Virginis sic eam inuocat: *Virgo, que tuos seruos exaltas, Virgo super omnes excellentius magnificanda; Virgo, quæ omnia laudant, & venerantur.* Idem piissimus Dei genitricis cultor instituit, ut sui Ordinis fratres populum hortarentur ad eandem salutandam, sigo campanæ auditio, quod post Completorium datur, quod creditum sit eam illa hora ab Angelo salutandam, quod in S. Bonaventuræ vita apud Surijs tom. 4. habetur.

**S. Bona-** **uentura** **ad saluta-** **tionem An-** **gelicam** **vesperi** **hortaba-** **tur.** **Surijs.**

### S. ALBERTVS CARMELITA.

**S** Albertus Carmelitani Ordinis decus, S. Alberti Deiparæ ope in lucem editus, eandem præcipuo coluit studio. is enim in Sicilia parentibus natus est, qui annos circiter vigintifex in coniugio sterilitate laborauerant, ac votum Deiparæ nuncuparant; prolem, quam suscepissent masculinam, eidem ordini se consecraturus: Ordinem verò illum Deiparæ Virgini peculiariter consecratum puer ingressus, precibus, ieiunijs, aliisque pietatis operibus impensè addictus ad magnam peruenit sanctitatem: in miraculis, quæ edebat ad Christi nomen, sanctissimæ Virginis merita pie inuocare solebat: morti deinde proximus cum ea dulciter colloquebatur, & his salutatione Angelica cum alijs precibus recitata, sublati in cælum oculis, animam Deo, ac eius genitrici commendans, eorumque opem implorans in illis verbis: *In manus tuas Domine commendo spiritum meum, obdormiuit in Domino 7. idus Augusti anno Domini 1292. hæc ex vita eius apud Surijs mense Augusto.*

**S. Alberti** **Carme-** **litæ erga** **Virginem** **studiosus.** **Luc. 23.**

### B. MARIA DE OEGNIES.

**B**EATA Maria de Oegnies Niuellæ: Episcopatus Leodiensis orta, inter multas, easque præclarissimas, quibus clauit, virtutes Deiparæ studiosissima fuit, quod ex subiectis exemplis planum fiet; quotannis Ecclesiam Deiparæ Oegniacensem ad duo milliana distitam rigente hyeme nudis pedibus vna ancilla comite inuisebat; & illo die, ac sequenti

**B. Maria** **de Oegnies** **erga Dei-** **param pie** **tatis.**

Cum Deiparæ Tempulum inuiseret Angelorum custodia periculum seruabatur.

Lib. 2. Vita eius cap. 4.

Spiritus.

quenti nihil prorsus edebat, totamque noctem in Ecclesia peragil exigebat: qua in via flexuosa, nec satis ipsi cognita lumine quodam præeunte, & Angelis eam dextra, leuaque sustentantibus, nunquam errabat, & inter imbres ò cælo interdum ruentes diuinitus intacta redibat. Aliquando intra diei & noctis spatium millies, & centies flexens genua salutabat Deiparam; & hoc salutandi officium ad quadraginta dies continuabat in hunc modum Primus. enim sexcenties flexebat genua sine intermissione; deinde integrum psalterium stans legebat, & ad singulos psalmos Deiparæ flexis genibus salutationem angelicam offerebat Tum trecentis vicibus ad singulas genuflexiones virga se percutiebat, & tribus vicibus icibus copiosum è suo corpore extrahebat sanguinem. Tandem quinquages flexis simpliciter genibus sacrificium hoc consummabat. Cumque miro salutis animarum desiderio teneretur, multis lacrymis, ieiunijs, ac precibus à Domino obtinuit, vt concionandi officium, quod ipsa per se exequi non poterat, alteri conferret; quare Dominus cuidam concionatori huius sanctæ mulieris precibus exoratus cor præparauit, vires in labore suggestit, verbum ministravit, & fructus in auditoribus excitauit: ipsa verò pro eodem cum concionaretur beatissimæ Virgini centies salutationem angelicam offerebat. Tandem multis miraculis clara migravit è vita 24. Iunij anno 1273. de cuius castitate cum suo coniuge plura dicemus in tractatu de virginibus sect. 8. hæc ex eius vita à Iacobo Vitriaco Cardinali, qui eodem tempore vixit, grauitè conscripta apud Surium tom. 3.

BEATVS ANDREAS CARMELITA  
Episcopus Fesulanus.

14 BEATVS Andreas Episcopus Fesulanus B. Andre nobis Florentiæ Corsinorum familia. as. Corsi. Deiparæ perquam studiosus fuit: cum enim Fesulanus eius parentes diu steriles primitias Deo offerendas esse iuxta illud Exod. 22. audissent, ut parâ pie Deo, eiusque Genitrici gratam oblationem rate fuit facerent; primogenitum, quem genuissent, singulari. Marix se daturos vouerunt: ac non ita mul. Exod. 22. to post Virginis ope Andream filium susce. E us. ma perunt: qui etsi in adolescentia viam quam ter in par- dam viuendi liberiozem esset ingressus, ac tu laboras saniora parentum consilia procaciter respue-

ret; ad bonam tamen frugem reuocatus, in Carmelitatum Templo beatissimæ Virginis apud filium patrocinium multis lacrymis ad eius aram implorans, eorundem Patrum institutum libentissimis parentibus decimoquinto ætatis suæ anno est amplexus, quam verò charus Virgini fuerit illud declarat, quod cum in eo ordine magnis religiosæ humilitatis, obedientiæ, mortificationis, silentij, orationis, aliarumque virtutum meritis floreret, & sacerdotij sui primitias oblaturus, in conuentum Siluarum extra Florentiam se recepisset; quo apparatus, quem cognati ad eam solemnitate moliebantur, effugeret, ei primis factis deuotissime operanti, beatissima Virgo Angelorum coetu stipata apprensus dixit: Seruus meus es tu, quia ego elegi te, & in te glorior: quæ cum diceret, sensim sese in auras sustulit: Joannem Corsinum est sua cognatione morbo, quem Lupum vocant, laborantem hortatus est, vt lusoribus, quorum consuetudine ad leuandum morbum utebatur, exclusis, ieiunijs vacaret, & beatissimam Virginem summis precibus dies octo flectere niteretur, quod cum is mira deuotione perfecisset, pristina valetudini est restitutus. Mox cum Fesularum creatus esset Episcopus, eam Ecclesiam strenuè administravit: cumque ea, qua Christus Dominus natus est, nocte rem diuinam sollempniter faceret, Virgo beatissima ei apparuit, obitusque sui diem in festo Epiphaniæ proximis mensis Ianuarij prædixit: qui ingenti lætitia repletus eo die anno 1373. ætatis 71. miraculis in vita, & post mortem clarus, migravit in cælum.

SANCTA CATHARINA SENENSIS  
Ordinis Dominicanorum.

S. Catharina Senensis præclarissimis Dei donis ornata, ab infantia sua Deiparam singulari pietate coluit: cum enim annum circiter quintum ageret, salutationem angelicam crebrò eidem Deiparæ offerebat, & diuinitus edocta per gradus paternæ domus ascendendo, & descendendo, ad singulos sexis genibus eandem salutationem angelicam Virgini matri reuerenter pronunciabat, idque Deiparæ gratum fuisse illud augumentum est, quod per eosdem gradus ascendendo, & descendendo, Angelorum ministerio, vt plurimum ferebatur, ita vt pedibus eos non attinge-